

hic dignam mercedem emeritis stipendiis dabit; nec quam magni nominis bellum est, tam difficilem existimaveritis victoriam fore. Sæpe et contemptus hostis cruentum certamen edidit, et incliti populi regesque, perlevi momento victi sunt. Nam, dempto hoc uno fulgore nominis romani, quid est quod illi vobis comparandi sint? Ut viginti annorum militiam vestram cum illâ virtute, cum illâ fortunâ taceam, ab Herculis columnis, ab Oceano, terminisque ultimis terrarum, per tot ferocissimos Hispaniæ et Galliæ populos, vincentes huc pervenistis: pugnabit cum exercitu tirone, hâc ipsâ ætate cæso, victo, circumcessoque a Gallis, ignoto adhuc duci suo, ignoranteque ducem. An me in prætorio patris, clarissimi imperatoris, prope natum, certè educatum, domitorem Hispaniæ Galliæque, victorem eundem, non Alpinarum modò gentium, sed ipsarum, quod multò majus est, Alpium, cum semestri hoc conferam duce, desertore exercitûs sui? Cui si quis, demptis signis, Pænos Romanosque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitûs sit consul. Non ego illud parvi æstimo, milites, quod nemo vestrum est, cujus non ante oculos ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus, cujus non idem ego virtutis spectator, ac testis, notata temporibus locisque referre sua possim decora. Cum laudatis a me milles donatisque, alumnus prius omnium vestrum quam imperator,

Emeritis stipendiis, acabado el tiempo de vuestra milicia. *Perlevi momento*, con poca dificultad. *Fulgore*, porque quitado este solo relumbron que trae consigo el nombre romano, ¿en qué se pueden comparar ellos con vosotros? *Ut... taceam* (preterición), para pasar en silencio. *Illa*, con aquel valor y fortuna que yo sé. *In prætorio... natum... educatum*, casi nacido y criado en la tienda del general mi padre (esto es, nacido y criado entre las armas). *Cum semestri*, me he de comparar con este general que solo hace seis meses que lo es? *Demptis signis*, apartando las insignias de ambos ejércitos. *Non ego*, y no aprecio poco el que no hay ninguno entre vosotros que no sea testigo de muchas de mis hazañas militares; y el que yo mismo puedo contar las vuestras, distinguiéndolas por el lugar y tiempo, como testigo de vista de vuestro valor. *Cum laudatis*, con vosotros, quienes mil veces habeis recido de mí elogios y distinciones militares.

Alumnus, discípulo. Llámase discípulo de ellos para ganarse mejor la voluntad; y realmente de muchos

de ellos había aprendido en el ejército de Amílcar su padre.

procedam acie adversus ignotos inter se ignorantesque. Quòcumque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris, veteranum peditem, generosissimarum gentium equites frenatos et infrenatos, vos socios fidelissimos fortissimosque, vos Carthaginienses, tum ob patriam, tum ob iram justissimam pugnatos. Inferimus bellum, infestisque signis descendimus in Italiam, tantò audaciùs fortiùsque pugnaturi quantò major spes majorque animus inferentis est vim quam arcentis. Accendit præterea animos et stimulat dolor, injuria, indignitas. Ad supplicium depoposcere me ducem primùm, deinde vos omnes, qui Saguntum oppugnassetis; deditis ultimis cruciatibus affecturi fuere. Crudelissima ac superbissima gens, sua omnia sui que arbitrii facit, cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum imponere æquum censet: circumscribit, includitque nos terminis montium fluminumque, quos ne excedamus, neque eos quos statuit terminos observat. Ne transieris Iberum, ne quid rei tibi sit cum Saguntinis.—Ad Iberum est Saguntum.—Nusquam te vestigio moveris.—Parum est quòd veterrimas provincias nostras, Siciliam ac Sardiniam, adimis; etiam Hispanias? Et inde cesserò, in Africam transcendes: transcendes autem dico? Duos consules hujus anni, unum in Africam, alterum in Hispaniam misere; nihil usquam nobis relictum est, nisi

Infrenatos, y sin freno (la caballería numida no ponía freno á los caballos). *Inferentis*, del que ofende, que del que se defiende. *Ad supplicium*, me pidieron primeramente á mí, vuestro general, para ser castigado, y despues, etc. *Deditis*, y hubiésemos sido puestos en sus manos, nos hubieran dado el último suplicio. *Facit*, todo lo hace suyo y sujeto á su arbitrio. *Cum quibus*, con quienes, ya tengamos guerra ya paz, tienen por derecho suyo dar la ley. *Circumscribit*, nos fija y señala términos de montes y rios que no traspasemos. *Ad Iberum*, Sagunto está junto al Ebro. *Nusquam*, no te has de mover un paso hácia ninguna parte. *Et inde*, y si me retiro de allí pasarás á la Africa. *Transcendes* (correccion), qué digo pasarás?...

Ne transieris. Mimesis dicho en boca de los Romanos.

Ne quid, no te metas con los Saguntinos. Acumula una falsedad á

los Romanos.

Parum est, no se contentan, etc. Habla Anibal por parte de los Romanos.

quod armis vindicaverimus. Illis timidis et ignavis licet esse qui receptum habent; quos suos ager, sua terra per tuta ac pacata itinera fugientes accipiant: vobis necesse est fortibus viris esse, et omnibus infer victoriam mortemve certam desperatione obrutis, aut vincere, aut, si fortuna dubitabit, in praelio potius quam in fugam mortem oppetere. Si hoc bene fixum omnibus destinatumque in animo est, iterum dicam, vicistis: nullum incitamentum ad vincendum homini a diis immortalibus acrius datus est.»

XVIII. His adhortationibus cum utrinque ad certamen accensi militum animi essent, Romani ponte Ticinum jungunt, tutandique pontis causam castellum insuper imponunt. Pœnus, opere occupatis hostibus, Maharbalem cum alâ Numidarum, equitibus quingentis, ad depopulandos sociorum populi romani agros mittit. Gallis parci quam maximè jubet, principumque animos sollicitari ad defectionem. Ponte perfecto, traductus romanus exercitus in agrum Insubrium, quinque millia pasuum a Victumviis consedit. Ibi Annibal castra habebat: revocatoque propere Maharbale atque equitibus, cum instare certamen cerneret, nihil unquam satis dictum pramonitumque ad cohortandos milites ratus, vocatis ad concionem certam præmia pronuntiat, in quorum spem pugnarent. Agrum sese daturum esse in Italiâ, Africâ, Hispaniâ, ubi quisque velit, immunem ipsi qui accepisset, liberisque. Qui pecuniam quam agrum maluisset, ei se argento satisfacturum. Qui sociorum Carthaginenses cives fieri vellent, potestatem facturum. Qui domos redire mallent, daturum se operam, ne cuius suorum popularium immutatam secum fortunam esse

Vindicaverimus, tomaremos a fuerza de armas. *Qui receptum*, que tienen adonde acogerse. *Et omnibus... obrutis*, y que sin esperanza no tenemos sino vencer ó morir. *Dubitabit*, si la fortuna fuese dudosa, morir antes peleando, etc. *Si hoc*, si todos estais resueltos y determinados a esto, repito, habeis vencido. *Nullum incitamentum acrius*, ningun incentivo mayor.

XVIII. *Jungunt*, echan un puente sobre el rio Tesin. *Depopulandos*, a talar. *Gallis*, que no dañen a los campos de los Galos. *Victumviis*, Dimoli (aldea). *Revocato*, y haciendo venir. *Satis*, que no habia dicho ni amonestado bastante a los soldados para animarlos. *Immunem*, que dicho campo estaria exento de pagar contribucion ni arrendamiento. *Ne cuius* (por *alicujus*), que no fuese de mejor condicion que cualquiera de sus paisanos...

vellent. Servis quoque dominos prosecutis libertatem promittit, binaque pro his mancipia dominis se redditurum. Eaque ut rata scirent fore, agnum lævâ manu, dextrâ silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, secundum precationem caput pecudis saxo elisit. Tum verò omnes, velut diis auctoribus in spem suam quisque acceptis, id moræ, quòd nondum pugnarent, ad potiendam speratam rati, praelium uno animo et voce unâ poscunt. Apud Romanos haudquaquam tanta alacritas erat; super cetera recentibus etiam territis prodigiis, nam et lupo intraverat castra, laniatisque obviis ipse intactus evaserat, et examen apum in arbore prætorio imminente consederat. Quibus procuratis, Scipio cum equitatu jaculatoribusque expeditis profectus ad castra hostium, exque propinquo copias, quantæ et cuius generis essent speculandas, obviis sit Annibali, et ipsi cum equitibus ad exploranda circa loca progresso. Neutri alteros primò cernebant: densior deinde incesu tot hominum equorumque oriens pulvis signum propinquantium hostium fuit: constitit utrinque agmen, et praelio sese expediebant. Scipio jaculatores et gallos equites in fronte locat; Romanos sociorumque quod roboris fuit, in subsidiis. Annibal frenatos equites in medium accipit,

Secundum, despues de esta deprecacion. *Velut*, como si los mismos dioses les prometiesen lo mismo que esperaban. *Id moræ*, pensando que lo que tardaban en comenzar a pelear se les dilatava el logro de lo que aguardaban. *Super*, atemorizados con los prodigios recientes, además de otros motivos. *Obviis*, los que encontró al paso. *Examen*, un enjambre de abejas se habia asentado en un árbol que cubria la tienda del general. *Quibus procuratis*, expiados los cuales con sacrificios. *Obvius*, sale al encuentro a Anibal, que tambien se habia adelantado, etc. *Loca circa*, los contornos. *Neutri*, no se veian unos a otros; y levantándose despues una espesa polvareda con las pisadas, etc. *Sociorumque*, y la flor de los aliados para tropa de socorro. *Cornua*, los flancos, las alas...

Si falleret, si no cumplia lo prometido. Fórmula y ceremonia con que se obligaban a cumplir la palabra dada, pacto ó juramento.

Frenatos, a distincion de la caballeria numida, que no gastaba freno.

cornua Numidis firmat. Vixdum clamore sublato, jaculatores fugere inter subsidia ad secundam aciem; inde equitum certamen erat aliquandiu anceps. Deinde, quia turbabant equos pedites intermixti, multis labentibus ex equis aut desilientibus, ubi suos premi circumventos vidissent, jam magnâ ex parte ad pedes pugna erat: donec Numidæ, qui in cornibus erant, circumvecti paululum, ab tergo se ostendere. Is pavor perculit Romanos, auxitque pavorem consulis vulnus, periculumque intercursum tum primùm pubescentis filii propulsatum. Hic erit juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est, Africanus ob egregiam victoriam de Annibale et de Pœnis appellatus. Fuga tamen effusa jaculatorum maximè fuit, quos primos Numidæ invaserunt. Alius confertus equitatus consulem in medium acceptum, non armis modò sed etiam corporibus suis protegens, in castra, nusquam trepidè neque effusè cedendo, rediit. Servati consulis decus Cælius ad servum natione Ligurem delegat. Malim equidem de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores, et ita fama obtinuit.

XIX. Hoc primùm cum Annibale prælium fuit: quo facilè apparuit, et equitatu meliorem Pœnum esse, et ob id campos patentes, quales sunt inter Padum Alpesque, bello gerendo Romanis aptos non esse. Itaque, proximâ nocte, jussis militibus vasa silentio colligere, castra ab Ticino mota, festinatumque ad Padum est, ut ratibus quibus junxerat flumen nondum resolutis, sine tumultu atque insectatione hostis copias traji-

Vixdum, no bien habia comenzado la gritería. *Secundam*, segunda fila; y despues la pelea de la caballería fué dudosa por algun tiempo. *Ubi*, visto que los suyos cercados se ballaban en aprieto. *Ad pedes*, peleaban á pié. *Circumvecti*, dando una media vuelta. *Perculit*, turbó. *Periculumque*, y el peligro de que se libró el cónsul por acudir su hijo, que entonces comenzaba á tener bozo. *Fuga*, comenzaron á huir desapoderadamente, en especial los flecheros. *Nusquam*, retirándose sin confusion ni desórden. *Delegat*, atribuye la honra de haber salvado al cónsul á un esclavo genovés. *Obtinuit*, y así corrió por entonces la voz.

XIX. *Meliorem*, que era superior. *Patentes*, rasos, descubiertos. *Vasa* (lo mismo que *sarcinas*), recoger el fardaje con todo silencio. *Junxerat*, que habia echado sobre el rio...

Desilientibus, ó desmontando. estribos, como lo dice el mismo
Nótese que los antiguos no tenían verbo.

ceret. Prius Placentiam pervenere, quàm salis sciret Annibal ab Ticino profectas: tamen aliquot moratorum in citeriore ripâ segniter ratem solventes cepit; transire non potuit pontem quòd extrema resoluta erat, totâ rate in secundam aquam labente. Cælius auctor est, Magonem cum equitatu et hispanis peditibus flumen extemplo transnatasse: ipsum Annibalem per superiora Padi vada exercitum traduxisse, elephantis in ordinem ad sustinendum impetum fluminis oppositis. Ea peritis annis ejus vix fidem fecerint: nam neque equites, armis equisque salvis, tantam vim fluminis superasse verisimile est, ut jam Hispanos omnes inflati transvexerint utres, et multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerant, quâ exercitus gravis impedimentis traduci posset. Potiores apud me auctores sunt, qui biduo vix locum rate jungendo flumini inventum tradunt; eâ cum Magonè equites hispanorum expeditos præmissos. Dum Annibal, circa flumen legationibus Gallorum audiendis moratus, trajicit gravius peditum agmen: interim Mago equitesque ab transitu fluminis diei unius itinere Placentiam ad hostes contendunt. Annibal, paucis post diebus, sex millia a Placentiâ castra communivit, et postero die in conspectu hostium acie directâ, potestatem pugnae fecit. Insequenti nocte, cædes in castris romanis, tumultu tamen quàm re major, ab auxiliariis gallis facta est. Ad duo millia peditum et ducenti equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Annibalem transfugiunt: quos Pœnus benignè adlocutus, spe ingentium donorum accensos, in civitates quemque suas, ad sollicitandos popularium animos, dimisit. Scipio, cædem eam

Tamen aliquot, con todo hizo prisioneros á algunos que se habian detenido algo mas en la ribera de enfrente en desatar las barcas; pero no pudo pasar el puente, porque desatada ya una de la extremidad, todas las demás fueron rio abajo. *Ea peritis*, semejante accion apenas parecerá creible á los prácticos en el rio Po. *Salvis*, sin perecer los caballos. *Ul jam*, aunque concedamos que los Españoles pasaron sostenidos de peilejos inflados. *Vada petenda*, y tenian que ir á buscar los vados. *Gravis*, cargado con el bagaje. *Potiores*, mas me inclino á los que dicen que apenas pudieron encontrar en dos dias lugar en donde echasen las barcas. *Gravius*, con dificultad. *Acie directâ*, poniendo su ejército enfrente y á vista del enemigo, les presentó la batalla. *Tumultu*, siendo mayor el ruido que el daño. *Transfugiunt*, se pasan á Annibal. *Sollicitandos*, para levantar á sus paisanos...

signum defectionis omnium Gallorum esse ratus, contactosque eo scelere, velut injectâ rabie, ad arma ituros; quanquam gravis adhuc vulnere erat, tamen quartâ vigiliâ noctis insequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluvium, in loca altiora collesque impeditiores equiti castra movet. Minus quam ad Ticinum fefellit: missisque Annibal primùm Numidis, deinde omni equitatu, turbasset utique novissimum agmen, ni aviditate prædæ in vacua romana castra Numidæ divertissent. Ibi dum, perscrutantes loca omnia castrorum, nullo satis digno moræ pretio tempus terunt, emissus hostis de manibus est. Et cum jam transgressos Trebiam romanos, metantesque castra conspexisset, paucos moratorum occiderunt, citra flumen interceptos. Scipio, nec vexationem vulneris in viâ jactati ultrâ patiens, et collegam (jam enim revocatum ex Sicilia audierat) ratus expectandum, locum, qui prope flumen tutissimus stativis est visus, delectum communivit. Nec procul inde Annibal cum consedisset, quantum victoriâ equestri elatus, tantum anxius inopiâ, quæ per hostium agros euntum, nusquam præparatis com meatibus, major in dies excipiebat, ad Clastidium vicum, quò magnum frumenti numerum congesserant Romani, mittit. Ibi cum vim pararent,

Signum, era señal de haberse rebelado todos los Galos, y que teniendo parte en aquella maldad, como rabiosos, etc. *Gravis*, no podia aun andar por la herida; sin embargo, á la cuarta vigilia de la noche siguiente. *Minus*, menos se le ocultó á Anibal esta retirada que la del rio Tesin. *Impeditiores*, embarazosos. *Nullo satis*, en cosa de ninguna utilidad. *Metantesque*, sentando sus reales. *Interceptos*, á quienes cortaron el paso al otro lado del rio. *Scipio*, Escipion, no pudiendo sufrir mas los dolores de la herida, que le aquejaba con la agitacion del camino. *Collegam*, Sempronio. *Stativis*, para acampar. *Elatus*, engreido, ufano. *Inopiâ* (sup. *frumenti*), por la falta de víveres que de dia en dia se aumentaba, cuando corria los campos del enemigo por no haberse provisto de ninguna parte. *Clastidium*, Chiastezo (en el territorio de Pavía). *Pararent*, disponiéndose á forzar el pueblo, concibieron esperanzas que se tomara por traicion...

Vigiliâ. La noche se dividia en tiempo de campaña en cuatro vigiliâs ó mutaciones de centinelas. Primera, desde anochecer hasta las 9;

segunda, de 9 á 12; tercera, de 12 á 5; cuarta, de 5 hasta amanecer; aunque variaba su duracion segun los tiempos.

spes facta prodicionis: nec sanè magno pretio, nummis aureis quadringentis, Dasio Brundusino præfecto præsidii corrupto, traditur Annibali Clastidium; id horreum fuit Pœnis sedentibus ad Trebiam. In captivos ex tradito præsidio, ut fama clementiæ in principio rerum colligeretur, nihil sævitum est.

XX. Cum ad Trebiam terrestre constitisset bellum, interim circa Siciliam insulasque Italiæ imminentes, et a Sempronio consule, et ante adventum ejus terrâ marique res gestæ. Vingtiquinqueremes cum mille armatis ad depopulandam oram Italiæ a Carthaginensibus missæ: novem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit æstus. Ad eas conspectas à Messanâ duodecim naves ab Hierone rege Syracusanorum missæ, qui tum fortè Messanæ erat, consulem romanum opperiens, nullo repugnante, captas naves Messanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captivis, præter viginti naves, cujus ipsi classis essent, in Italiâ missas, quinque et triginta alias quinqueremes Siciliam petere ad sollicitandos veteres socios. Lilybæi occupandi præcipuam

Præfecto præsidii, comandante de la guarnicion. *Sedentibus*, mientras permanecieron junto á Trebia. *In captivos*, con la guarnicion prisionera no se usó de rigor, con el fin de ganar reputacion de piadosos en el principio de la guerra.

XX. Cum, estando el teatro de la guerra terrestre junto al rio Trebia. *Tres in fretum*, á tres de las naves las arrojó la marea contra el estrecho. *Messana*, desde Mesina. Órden: *Præter viginti naves cujus classis ipsi essent*, que á excepcion de veinte naves de la armada á que ellos pertenecian. *Lilybæi* (puerto, promontorio de Sicilia)...

Nummis, Justo Lipsio dice (De re num.) que el valor de esta moneda era como dos ducados nuestros ó 22 reales con poca diferencia. Segun esto compró el pueblo en mas de ochocientos ducados. Era moneda recientemente acuñada entre los Romanos, que despues llamaron *solidus*.

Liparas, islas Eolias, de Eolo, rey tercero de ellas. Homero le llama padre de los vientos, porque estos agitan y combaten mucho estas islas. *Vulcani*, isla de Vulcano, llamada así porque en el monte Etna decian los antiguos que tenia su herreria, por las llamas que vomita; de donde ha quedado el nombre de volcan.

curam esse: credere eadem tempestate, quâ ipsi disjecti fuerent, eam quoque classem ad Ægates insulas dejectam. Hæc sicut audita erant Messanæ, rex M. Emilio prætori, cujus Sicilia erat provincia, prescribit monetque Lilybæum firmo teneret præsidio. Extemplo et circa prætorem ad civitates missi legati tribunique, qui suos ad curam custodiæ intenderent: ante omnia Lilybæum teneri: ad apparatus belli, edicto proposito, ut socii navales decem dierum cocta cibaria ad naves deferrent; ubi signum datum esset, ne quis moram conscendendi faceret: perque omnem oram qui erant, ex speculis conspicerent adventantem hostium classem. Simul itaque (quamquam de industriâ morati cursum navium erant Carthaginienses, ut ante lucem accederent Lilybæum) præsensum tamen est, quia et luna pernox erat, et sublatis armamentis veniebant. Extemplo datum e speculis signum, et in oppido ad arma conclamatum est, et in naves conscensum, pars militum in muris portarumque stationibus, pars in navibus erant. Et Carthaginienses, quia rem fore haud cum imparatis cernebant, usque ad lucem portu se abstinerunt, demendis armamentis eo tempore aptandæque ad pugnam classe assumpto. Ubi illuxit, recepere classem in altum, ut spatium pugnae esset, exitumque liberum e portu naves hostium haberent. Nec Romani detrectavere pugnam, et memoriâ circa ea ipsa loca gestarum rerum freti, et militum multitudine ac vir-

Quâ ipsi, con que ellos mismos habian sido desbaratados. *Prescribit*, le escribe á la larga, etc. *Qui suos*, que alentasen á los suyos á defender sus ciudades. *Teneri* (sup. *jussit*), mandó que conservase el Lilibeo para los aprestos de la guerra. *Edicto proposito*, habiendo publicado un edicto para que los aliados navales llevasen la comida hecha para diez dias. *Conscendendi*, de embarcarse. *Oram*, costa. *De industria*, aunque habian de intento detenido el curso. *Præsensum*, con todo se conoció de antemano su venida, ya porque la noche estaba clara, ya porque traian levantado el velâmen. *In muris*, custodiando los muros y puertas. *Quia rem*, porque veian que tendrían que pelear con gente prevenida, no entraron en el puerto hasta el amanecer. *Demendis*, en amainar velas y jarcias, y en disponer la armada, etc. *Illuxit*, luego que amaneció retiraron la escuadra á alta mar para dejar espacio donde pelear...

Circa prætorem, segun unos, que estaban con el general; segun otros, enviados por el general. Segun esta última opinion, *circa prætorem* es

lo mismo que *a prætore*; y es una locucion griega, pues los Griegos dicen: *circa Platonem*, en lugar de *Plato*.

tute. Ubi in altum evecti sunt, Romanus conserere pugnam, et ex propinquo vires conferre velle; contra eludere Pœnus, et arte, non vi, rem gerere, naviumque quam virorum aut armorum malle certamen facere: nam ut sociis navalibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat; et sicubi conserta navis esset, haudquaquam par numerus armatorum ex eâ pugnabat. Quod ubi animadversum est, et Romanis multitudo sua auxit animum, et paucitas illis minuit. Extemplo septem naves punicæ circumventæ; ceteræ fugam ceperunt. Mille et septingenti fuere in navibus capti milites navaeque, in iis tres nobiles Carthaginiensium. Classis romana incolumis, unâ tantum perforatâ navi, sed eâ quoque ipsâ reduce, in portum rediit. Secundum hanc pugnam, nondum gnariseis qui Messanæ erant, Tib. Sempronius consul Massanam venit. Ei fretum intranti rex Hiero classem ornatam obviam duxit, transgressusque ex regiâ in prætoriam navem, gratulatus sospitem cum exercitu et navibus advenisse, precatusque prosperum ac facilem in Siciliam transitum, statum deinde insulae, et Carthaginiensium conata exposuit: pollicitusque est, quo animo priore bello populum romanum juvenis adjuvisset, eo senem adjuturum; frumentum vestimenta que sese legionibus consulis sociisque navalibus gratis præbiturum; grande periculum Lilybæo maritimisque civitatibus esse, et quibusdam volentibus novas res fore. Ob hæc consuli nihil cunctandum visum, quin Lilybæum classe peteret: et rex regiaque classis unâ profecti: navigantes inde, pugnatum

Evecti, luego que llegaron. *Velle* (sup. *ostendit*), manifestó querer pelear y trabar la batalla de cerca; por el contrario, el Cartaginés quería vencerlos con astucias y estratagemas no peleando, y que la pelea fuese mas bien de naves con naves que de hombres con hombres ó de armas con armas. *Nam ut*, pues así como tenía abundancia de remeros. *Et sicubi*, y si alguna vez se trabase alguna nave con otra. *Circumventæ*, quedaron cercadas. *Unâ tantum*, habiendo dado barreno los enemigos á una sola; pero esta tambien volvió salva. *Secundum*, despues de. *Gnaris*, no teniendo noticia aquellos que estaban en Mesina. *Ornatam*, empavesada. *Ex regiâ*, de la del rey á la del general. *Gratulatus*, y dândole el parabien de haber llegado salvo, etc., deseândole próspero y feliz viaje. *Statum*, despues le hizo presente el estado de la isla, y los intentos del Cartaginés. *Frumenta*, viveres. *Et quibusdam*, y algunos deseosos de novedades...

ad Lilybæum, fusasque et captas hostium naves acceperunt. A Lilybæo consul, Hierone cum classe regiâ dimisso, relictoque prætore ad tuendam Siciliæ oram, ipse in insulam Melitam, quæ a Carthaginensibus tenebatur, trajecit. Advenienti Amilcar, Gisgonis filius, præfectus præsidii, cum paulò minus duobus millibus militum, oppidumque cum insulâ traditur. Inde post paucos dies reditum Lilybæum, captivique et a consule et a prætore, præter insignes nobilitate viros, sub coronâ venerunt. Postquam ab eâ parte satis tutam Siciliam censebat consul, ad insulas Vulcani, quia fama erat stare ibi Punicam classem, trajecit: nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Jam fortè transmiserant ad vastandam Italiæ oram: depopulatoque Vibonensi agro, urbem etiâ terrebant.

XXI. Repetenti Siciliam consuli, excensio hostium in agrum Vibonensem facta nunciat: litteræque a senatu de transitu in Italiam Annibalis, et ut, primo quoque tempore collegæ ferret auxilium, missæ traduntur. Multis simul anxius curis, exercitum extemplo in naves impositum Ariminum Supero mari misit. Sex. Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus Vibonensem agrum maritimamque oram Italiæ tuendam attribuit; M. Emilio prætori quinquaginta navium classem explevit, ipse, compositis Siciliæ rebus, decem navibus oram Italiæ legens, Ariminum pervenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen, collegæ conjungitur. Jam ambo consules, et quidquid romanorum virium erat Anibali oppositum, aut illis copiis defendi posse romanum imperium, aut spem nullam aliam esse, satis declarabat. Tamen consul alter, equestri prælio uno et vulnere suo minutus, trahi rem malebat; recentis animi alter, eoque ferocior,

Acceperunt, supieron. *Melitam*, Malta. *Præfectus*, comandante de la guarnición, es entregado, etc., y también es entregado el pueblo con la isla. *Sub coronâ*, fueron vendidos coronados. *Stare*, que se mantenía allí. *Vibonensi*, y habiendo talado el territorio de Vibona.

XXI. *Repetenti*, cuando volvía. *Excensio*, desembarco. *Primo quoque*, en la primera ocasión. *Ariminum*, lo envió á Rimini, por el mar Superior (los Romanos llamaban así el mar Adriático, situado entre la Italia y la Iliria). *Attribuit*, le encomienda la defensa de la costa marítima. *Explevit*, completó. *Legens*, costeando la Italia con diez naves. *Oppositum*, los dos cónsules, y cuantas fuerzas tenían los Romanos opuestas contra Anibal, daban á entender, etc. *Minutus*, debilitado. *Trahi*, dilatar la batalla. *Recentis*, el otro, que estaba más feroz por el nuevo ánimo que cobró, no sufría dilación...

nullam dilationem patiebatur. Quod inter Trebiam Padumque agri est, Galli tum incolebant, in duorum præpotentium populorum certamine, per ambiguum favorem, haud dubiè gratiam victoris spectantes. Id Romani, ne quid modò moverent, æquo satis, Pœnus periniquo animo ferebat, a Gallis accitum se venisse ad liberandum eos dictitatis. Ob eam iram, simul ut prædâ militem aleret, duo millia peditum et mille equites, Numidas plerosque, mixtos quosdam et gallos, populari omnem deinceps agrum usque ad Padi ripas jussit. Egentes ope Galli, cum ad id dubios servassent animos, coacti ab auctoribus injuriæ, ad vindices futuros declinant: legatisque ad consulem missis, auxilium Romanorum terræ ob nimiam cultorum fidem in romanos laboranti, orant. Cornelio nec causa nec tempus agendæ rei placebat; suspectaque ei gens erat, tum ob infida multa facinora, tum, ut alia vetustate obsevisissent, ob recentem Boiorum perfidiam. Sempronius contra, continendis in fide sociis maximum vinculum esse primos, qui egressis ope, defensos censebat. Tum, collegâ cunctante, equitatum suum, mille peditum jaculatoribus ferme admixtis, ad defendendum gallicum agrum trans Trebiam mittit. Hi sparsos et incompositos, oneratosque prædâ plerosque, cum inopinatos invasissent, ingentem terrorem cædemque, ac fugam usque ad castra stationesque hostium fecerunt: unde multitudo effusâ pulsâ, rursus subsidio suorum prælium restituere. Variâ inde pugnâ sequente, quamquam ad extremum æquassent certamen, major tamen hostium Romanis fama

Per ambiguum, tirándose á ganar la voluntad del que venciese, favoreciendo ya á unos ya á otros. *Id Romani*, contentábanse con esto los Romanos á trueque de que no moviesen guerra contra ellos; pero esto mismo le sentaba muy mal á Anibal, que decía haberle llamado los Galos para rescatarlos. *Cum ad id*, habiéndose mantenido neutrales hasta entonces. *Vindices*, se arriman al partido de los que habian de ser sus libertadores. *Auxilium*, piden á los Romanos envíen socorro á su país, que se hallaba en peligro por pasarse de fieles para con ellos. *Ut alia*, aunque no mirase á lo demás como cosa muy añeja. *Censebat*, juzgaba que el defender á los primeros que lo necesitasen, era el mayor lazo para mantener á los aliados fieles. *Cunctante*, andando en dilaciones. *Castra stationesque*, hasta los reales y centinelas enemigas. *Effusa*, por la multitud que salió. *Prælium*, renovaron la batalla...

victoriæ fuit. Ceterum nemini omnium major justiorque, quam ipsi consuli, videri. Gaudio efferri, quâ parte copiarum alter consul victus foret, eâ se vicisse; restitutos ac refectos militum animos; nec quemquam esse præter collegam, qui dilatam dimicationem vellet: eum, animo magis quam corpore ægrum, memoriâ vulneris aciem ac tela horrere. Sed non esse cum ægro senescendum; quid enim ultra differri aut teri tempus? Quem tertium consulem, quem alium exercitum exspectari? Castra Carthaginensium in Italiâ, ac prope in conspectu urbis esse: non Siciliam ac Sardiniam victis ademptas, nec cis Iberum Hispaniam peti; sed solo patrio terrâque, in quâ geniti forent, pelli Romanos. «Quantum ingemiscant, inquit, patres nostri, circa mœnia Carthaginis bellare soliti, si videant nos, progeniem suam, duos consules, consularesque exercitus in mediâ Italiâ paventes intra castra? Pœnum, quod inter Alpes Apenninumque agri sit, suæ ditioris fecisse? Hæc assidens ægro collegæ, hæc in prætorio prope concionabundus agere. Stimulabat et tempus propinquum comitiorum, ne in novos consules bellum differretur, et occasio in se unum vertendæ gloriæ, dum æger collega erat. Itaque, nequidquam dissentiente Cornelio, parari ad propinquum certamen milites jubet.

XXII. Annibal, cum quid optimum foret hosti cerneret, vix ullam spem habebat, temerè atque improvidè quiddam consules acturos. Sed cum alterius ingenium, famâ prius, deinde re cognitum, percitum ac ferox sciret esse, ferociusque factum ex prospero cum prædatoribus suis certamine crederet, adesse gerendæ rei fortunam haud diffidebat, cujus ne quod prætermitteret tempus, sollicitus et intentus erat, dum tiro hostium esset miles, dum meliorem ex ducibus inutilem vul-

Major justiorque, mayor y mas completa. *Efferri* (sup. *capit*), se alegraba de haber vencido, etc. *Ægrum*, mas débil en el ánimo, etc. *Sed non*, pero decia que no se habian de envejecer allí con él hasta que sanase. ¿pues á qué fin venia andar en dilaciones y gastar el tiempo? *Quod agri... sit*, habia hecho de su jurisdiccion ó suyo todo el territorio, etc. *Hæc*, esto decia Sempronio sentado junto á su compañero enfermo, y en la tienda hablando en alta voz como en tono de arenga. *Vertendæ*, y la ocasion de alzarse con toda la gloria.

XXII. *Acturos*, que hiciesen alguna cosa inconsideradamente y sin consejo. *Percitum*, pero sabiendo, primeramente por la voz que corria y despues por experiencia, que el uno de los dos consules era de indole precipitada y arrogante...

nus faceret, dum Gallorum animi vigerent; quorum ingentem multitudinem sciebat segniùs secularam, quanto longius ab domo traheretur. Cum ob hæc taliaque speraret propinquum certamen, et facere, si cessaretur, cuperet, speculatoresque Galli, ad ea exploranda quæ vellet, tutiores, quia in utrisque castris militabant, paratos pugnae esse Romanos retulissent, locum insidiis circumspectare Pœnus cepit. Erat in medio rivus præaltis utrinque clausus ripis, et circa obsitus palustribus herbis, et quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis vepribusque. Quem ubi ad equites quoque tegendos satis latebrosam locum circumvectus ipse oculis perlustravit, «Hic erit locus, Magoni fratri ait, quem teneas: delige centenos viros ex omni pedite atque equite, cum quibus ad me vigiliâ primâ venias: nunc corpora curare tempus est.» Ita prætorium missum; mox cum delectis Mago aderat. «Robora virorum cerno, inquit Annibal: sed ut et numero etiam, non animis modò, valeatis, singulis vobis novenos ex turmis manipulisque vestri similes eligite: Mago locum monstrabit quem insideatis; hostem cæcum ad has belli artes habebitis.» Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimissis, Annibal primâ luce numidas equites transgressos Trebiam flumen, obequitare jubet hostium portis, jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem: injecto deinde certamine, cedendo sensim citra flumen pertrahere. Hæc mandata Numidis, ceteris ducibus peditum equitumque præceptum, ut prandere omnes juberent; armatos deinde, instratisque equis, signum exspectare. Sempronius, ad tumultum Numidarum, primùm

Dum Gallorum, mientras los Galos manifestaban los ánimos vigorosos, los que sabia le seguirian con menos gusto, etc. *Et facere*, y deseando darla, si su compañero andaba en dilaciones. *Locum*, andaba buscando lugar acomodado para celadas. *Erat*, habia en medio un arroyo, que por uno y otro lado tenia muy altas márgenes, y sus contornos cubiertos de espadaña. *Circumvectus*, andándole al rededor. *Teneas*, donde te embosques. *Quibus inculta*, que comunmente se encuentran en los eriales. *Corpora curare*, de tomar algun refuerzo. *Ita prætorium*, de este modo despachó la oficialidad ó junta de capitanes. *Robora*, la flor del ejército. *Numero*, pero para que venzais no solo con el valor sino con la multitud. *Insideatis*, os oculteis. *Cæcum*, ignorante. *Obequitare*, que hagan una corrida. *Jaculandoque*, y que disparando á las centinelas saquen por fuerza á la pelea al enemigo. *Injecto*, y despues de trabada la batalla, y retirándose poco á poco...

omnem equitatum, ferox ex eâ parte virium, deinde sex millia peditum, postremò omnes copias ad destinatum locum jam ante consilio, avidus certaminis eduxit. Erat fortè brumæ tempus, et nivalis dies in locis Alpihus Apenninoque interceptis, propinquitatem etiam fluminum ac palucum prægelidis. Ad hæc raptim eductis hominibus atque equis, non capto ante cibo, non ope ullâ ad arcendum frigus adhibita, nihil caloris inerat: et quidquid auræ fluminis appropinquabat, afflabat acrior frigoris vis. Ut verò refugientes numidas insequentes aquam ingressi sunt (et erat pectoribus tenuis aucta nocturno imbri), tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent, et simul jejuni, procedente jam die, fame etiam deficere. Annibalis interim miles, ignibus ante tentoria factis, oleoque per manipulos, ut mollirent artus, misso, et cibo per otium capto, ubi transgressos flumen nuntiatum est hostes, alacer animis corporibusque arma capit, atque in aciem procedit. Baleares locat ante signa, levem armaturam, octo ferme millia hominum: deinde graviores armis peditem, quod virium, quod roboris erat: in cornibus circumfundit decem millia equitum; et ab eornibus in utramque partem divisos elephantos statuit. Consul effusus sequentes equites, cum ab resistentibus subito Numidis incauti exciperentur, signo receptui dato, revocatos circumdedit peditibus. Duodeviginti millia Romanorum erant, socium nominis latini viginti auxilia; præterea Cenomanorum. Ea sola in

Brumæ, de invierno, y el día de nieve, por caer aquellos lugares entre los Alpes y el Apennino. *Prægelidis*, muy frios. *Frigus*, para reparo del frío. *Et quidquid*, y cuanto mas se arrimaban al río venia el airecillo mas frío. *Rigere (cæperunt)*, se quedaban tan yertos al salir del río, que apenas podían mantener las armas. *Simul*, asimismo desmayaban de necesidad, cogiéndolos en ayunas entrado ya mucho el día. *Oleoque*, y repartiendo aceite por compañías para ablandar los miembros. *Per otium*, habiendo comido con descanso. *Baleares*, mallorquines armados á la ligera, como coloca delante de las banderas. *In cornibus*, distribuye en las alas diez mil caballos, y por ambas partes á los elefantes. *Consul*, el cónsul dió la señal de la retirada, y recoge á los suyos, que dando alcance á la caballería numida, esta dió sobre ellos desprevénidos. *Socium*, de aliados del Lacio (en lugar de *sociorum*)...

Manipulisque, véase al fin de este tomo el índice.

fide manserat gallica gens; his copiis concursus est. Prælium a Balearibus ortum est; quibus cum majore robore legiones obsisterent, deductæ propere in cornua leves armaturæ sunt, quæ res effecit, ut equitatus romanus extemplo urgeretur. Nam cum vix jam per se resisterent decem millibus equitum quatuor millia, et plerique fessi, integris Pœnis, obruti sunt insuper velut nube jaculorum a Balearibus conjecta: ad hoc elephantum, eminentes ab extremis cornibus, equis maxime non visu modo, sed odore insolito territis, fugam late faciebant. Pedestris pugna par animis magis quam viribus erat, quas recentes Pœnus, paulò antè curatis corporibus, in prælium attulerat; contra, jejuna fessaque corpora Romanis, et rigentia gelu torpebant. Restitissent tamen animi, si cum peditum solum foret pugnatum: sed et Baleares, pulso equite, jaculabantur in latera, et elephantum jam in medium peditum aciem sese tulerant; et Mago, Numidæque simul latebras eorum improvida præterlata acies est, exorti a tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere. Tamen in tot circumstantibus malis mansit aliquamdiu immota acies, maxime præter spem omnium adversus elephantos. Eos velites, ad id ipsum locati, verutis conjectis et avertere, et insecuti aversos, sub caudis, quæ maxime molli cute vulnera accipiunt, fodiebant. Trepidantes, propeque jam in suos consternatos, mediâ acie in extremam, ad sinistrum cornu, adversus Gallos auxiliares agi jussit Annibal. Extemplo haud dubiam fecere fugam; additus quoque novus terror Romanis, ut fusa auxilia sua viderunt. Itaque, cum jam in orbem utrinque pugnarent, decem millia ferme

Deductæ, los armados á la ligera fueron conducidos prontamente á los flancos. *Et fessi*, estando ellos por la mayor parte cansados, y los enemigos con las fuerzas enteras. *Fugam*, hacían huir desaperadamente á los Romanos. *Pedestris*, la pelea de los de á pié fué mas igual por los ánimos que por las fuerzas, las que llevó enteras á la batalla el ejército cartaginés por haber comido antes. *Et rigentia*, y perezosos por estar yertos de frío. *Simul*, luego que el ejército enemigo pasó el lugar donde estaban emboscados. *Tamen*, sin embargo de que se hallaban cercados de tantos males. *Eos velites*, la infantería puesta para este fin los rechazó tirándoles chuzos, y siguiéndolos los agujoneaba debajo de las colas, por donde tienen la piel mas blanda, y sienten mas. *Trepidantes* (sup. *epantos*), á los elefantes alborotados y vueltos casi contra los suyos. *Utrinque*, peleando ya unos y otros de monton...

hominum, cum alii evadere nequissent, mediâ Afrorum acie, quæ gallicis auxiliis firmata erat, cum ingenti cæde hostium perrupere. Et cum neque in castra reditus esset flumine interclusis, neque præ imbrī satis decernere possent quâ suis opem ferrent, Placentiam recto itinere perrexere. Plures deinde in omnes partes eruptiones factæ, et qui flumen petiere, aut gurgitibus absumpti sunt, aut inter cunctationem ingrediendi ab hostibus oppressi: qui passim per agros fugâ sparsi erant, vestigia sequentes cedentis agminis, Placentiam contendere. Aliis timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit, transgressique in castra pervenere. Imber nive mixtus, et intoleranda vis frigoris, et homines multos, et jumenta et elephantos prope omnes absumpsit. Finis insequendi hostis Pœnis flumen Trebia fuit; et ita torpentes gelu in castra rediere. ut vix lætitiâ victoriæ sentirent. Itaque nocte insequenti, cum præsidium romanorum castrorum, et quod reliquum ex magnâ parte militum erat, ratibus Trebiam trajicerent, aut nihil sensere Pœni obstrepente pluvîâ, aut quia jam moveri præ lassitudine nequibant ac vulneribus, sentire sese dissimulaverunt, quietisque Pœnis, tacito agmine ab Scipione consule exercitus Placentiam est perductus. Inde Pado trajectus Cremonam, ne duorum exercituum hibernis una colonia premeretur. Romam tantus terror ex hac clade perlatus est, ut jam ad urbem Romam crederent infestis signis hostem venturum nec quidquam spei aut auxilii esse, quo portis mœnibusque vim arcerent. Uno consule ad Ticinum victo, altero ex Sicilia revocato, duobus consularibus exercitibus victis, quos alios duces, quas alias legiones esse, quæ arcessantur? Ita territis Sempronius consul advenit, ingenti periculo per-

Plures deinde, despues hicieron varias salidas por todas partes, y los que se encaminaron al río, ó se los sorbieron los remolinos, ó mientras se detenian en entrar fueron muertos por los enemigos. *Absumpsi*, quitó la vida. *Finis*, los Cartagineses no dejaron de perseguir al enemigo hasta el río. *Torpentes*, tan entumecidos del frío. *Pluvîâ*, por el ruido de la lluvia. *Premeretur*, para que un solo pueblo no fuese agobiado con los cuarteles, etc. *Romam*, apoderóse de Roma tanto espanto de esta derrota, que ya les parecia venia el enemigo sobre ella. *Quos alios*, á qué otros caudillos, á qué otras legiones habian de apelar...

Cremonam, Cremona, en el ducado de Milan, entre Pavia, Mantua y Brescia.

effusos passim ad prædandum hostium equites (audaciâ magis quàm consilio, aut spe fallendi resistendive, si non falleret) transgressus. Id quod unum maximè in præsentia desiderabatur, comitiis consularibus habitis, in hiberna rediit. Creati consules Cn. Servilius et C. Flaminius.

XXIII. Ceterum ne hiberna quidem Romanis quietâ erant, vagantibus passim numidis equitibus, et quâ his impeditiora erant Celtiberis Lusitanisque. Omnes igitur clausi undique commeatus erant, nisi quos Pado naves subveherent. Emporium prope Placentiam fuit, et opere magno munitum, et valido firmatum præsidio. Ejus castelli oppugnandi spe cum equitibus ac levi armaturâ profectus Annibal, cum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset, nocte adortus, non fefellit vigiles: tantus repente clamor est sublatus, ut Placentiæ quoque audiretur. Itaque, sub lucem cum equitatu consul aderat, jussis quadrato agmine legionibus sequi. Equestre prælium interim commissum, in quo quia Annibal saucius pugná excessit, pavore hostibus injecto, defensum egregiè præsidium est. Paucorum inde dierum quiete sumptâ, et vixdum satis percurato vulnere, ad Victumvias ire pergît oppugnandas. Id emporium a Romanis gallico bello fuerat munitum: inde locum frequentaverant accolæ mixti undique ex finitimis populis; et tum terror populationum eò plerosque ex agris compulerat. Hujus generis multitudo, famâ impigre defensi ad Placentiam præsidii accensa, armis arreptis, obviam Annibali procedit. Magis agmina quàm acies in viâ concurrerunt. Et cum ex alterâ parte nihil præter inconditam

Per effusos, entre la caballería enemiga, que andaba esparcida al pillaje. *Fallendi*, de no ser vistos de los enemigos. *Desiderabatur*, lo único que era necesario hacer, y mas por entonces.

XXIII. *Et quâ his*, y por donde estos no podian entrar. *Emporium*, el cuartel general, ó la provision de todo, estaba junto á Plasencia. *In celando*, en ocultar sus intentos, para llevarlos á efecto. *Sub lucem*, al amanecer. *Injecto*, habiendo infundido miedo. *Egregiè*, valerosamente. *Vixdum*, y habiéndose apenas curado bastante de la herida. *Victumvias*, Dimoli. *Accolæ*, los habitantes de la comarca. *Magis*, pelearon en el camino mas con el órden que llevaban que puestos en formacion...

Agmen, á veces, como aquí, significa el ejército ó cualquiera multitud

sin órden. *Acies*, cuando está ordenado en batalla.

turbam esset, in alterâ et dux militi, et duci fidens miles, ad triginta quinque millia hominum a paucis fusa. Postero die, deditione factâ, præsidium intra mœnia acceperunt: jussive arma tradere, cum dicto paruisent, signum repente victoribus datur, ut tanquam vi captam urbem diriperent, neque ulla, quæ in tali re memorabilis scribentibus videri solet, prætermissa clades est: adeo omnis libidinis, crudelitatisque, et inhumanæ superbiam editum in miseris est exemplum.

XXIV. Hæ fuere hibernæ expeditiones Annibalis. Haud longis inde temporibus, dum intolerabilia frigora erant, quies militi data est: et ad prima ac dubia signa veris profectus ex hibernis in Etruriam ducit, eam quoque gentem, sicut Gallos Liguresque, aut vi aut voluntate adjuncturus. Transeuntem autem Apenninum adeo atrox tempestas adorta est, ut Alpium feritatem prope superaverit. Vento mixtus imber cum ferretur in ipsa ora, primum quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes vortice intorti affligebantur, constitere. Deinde, cum jam spiritum intercluderet, nec recipere animam sineret, aversi a vento parumper consedere. Tum vero ingenti sono cœlum strepere, et inter horrendos fragores micare ignes: capti auribus et oculis, metu omnes torpere. Tandem, effuso imbri, cum eo magis accensa vis venti esset, ipso illo, quo deprehensi erant, loco castra ponere necessarium visum est. Id vero laboris velut de integro initium fuit, nam nec

Neque ulla, no se omitió en el saqueo ninguna crueldad de las que son dignas de memoria para los historiadores. Tales ejemplos de todo género de liviandades, etc., se hicieron con aquellos miserables.

XXIV. *Haud*, descansó despues la tropa mientras, etc. *Ad prima*, á las primeras pero dudosas señales de la primavera. *Adjuncturus*, para conquistar. *Feritatem*, que casi excedió los rigores de los Alpes. *Cum*, dándoles en la misma cara. *Aut contra*, ó forcejeando contra el viento, remolinados caian en tierra. *Constitere* (de *consisto*), tuvieron que pararse. *Spiritum*, impidiéndoles la respiracion, y no pudiendo tomar aliento. *Aversi*, de espaldas al viento. *Tum*, entonces comenzó el cielo á hundirse á truenos y deshacerse en relámpagos; y privados de la vista y oido, quedaron entumecidos. *Tandem*, últimamente, terminando la tempestad en copioso aguacero, y habiendo arreciado el viento. *Id verò*, esto fué como comenzar de nuevo á padecer...

explicare quidquam, nec statuere poterant, nec quod statutum esset manebat, omnia præscindente vento et rapiente: et mox aqua levata vento, cum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum nivosa grandinis dejecit, ut, omnibus omissis, procumberent homines, tegminibus suis magis obruti quam tecti; tantaque vis frigoris insecta est, ut, ex illa miserabili hominum jumentorumque strage, cum se quisque attollere ac levare vellet, diu nequiret; quia, torpentibus rigore nervis, vix flectere artus poterant; deinde, ut tandem agitando sese, movere ac recepere animos, et raris locis ignis fieri est ceptus, ad alienam opem quisque inops tendere. Biduum eo loco velut obsessi mansere: multi homines, multa jumenta, elephantique quoque ex his, qui prælio ad Trebiam facto superfuert, septem absumpti. Digressus Apennino, retro ad Placentiam castra movit, et ad decem millia progressus consedit. Postero die duodecim millia peditum, quinque equitum adversus hostem ducit. Nec Sempronius consul (jam enim redierat ab Româ) detrectavit certamen: atque eo die tria millia passuum inter bina castra fuere. Postero die, ingentibus animis, vario eventu pugnatum est. Primo concursu adeo res romana superior fuit, ut non acie vincerent solum, sed pulsos hostes in castra persequerentur, mox castra quoque oppugnarent. Annibal, paucis propugnatoribus in vallo portisque positus, ceteros confertos in media castra recepit, intentosque signum ad erumpendum spectare jubet. Jam nona ferme diei hora erat, cum Romanus, nequidquam fatigato milite, postquam

Explicare, ni podian desenvolver las tiendas ó pabellones ni asentartas. *Præscindente*, rasgándolas el viento. *Aqua*, habiéndolo el viento movido lluvia. *Grandinis*, arrojó la tempestad granizo acompañado de nieve. *Omissis*, abandonándolo todo. *Tegminibus*, mas oprimidos que amparados con sus armaduras. *Torpentibus*, entumecidos los nervios, apenas podian doblar los miembros. *Agitando esse*, luego que haciendo ejercicio cobraron movimiento y ánimo, é hicieron hogueras á trechos. *Ad alienam*, cada uno, aunque necesitado, acudió al socorro de los demás. *Detrectavit*, no rehusó. *Atque eo*, y aquel día distaron los reales unos de otros. *Adeo res romana*, iban tan ventajosos los Romanos. *Acie*, en campo de batalla. *Confertos*, á los demás unidos los puso en medio de los reales. *Intentosque*, y que atentos aguardasen la señal para salir. *Jam nona*, era ya como la hora nona del día. *Signum*, dió la señal para la retirada...

nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit: quod ubi Annibal accepit, laxatamque pugnam et recessum a castris videt, exemplo equitibus dextrâ lævâque emissis in hostem, ipse cum peditum robore mediis castris eripit. Pugna rarò ulla magis sæva: et cum utriusque partis perniciè clarior fuisset si extendi eam dies in longum spatium sivisset. Nox accensum ingentibus animis prælium diremit: itaque acrior concursus fuit quàm cædes; et sicut æquata ferme pugna erat, ita clade pari discessum est. Ab utrâque parte sexcentis plus peditibus, et dimidium ejus equitum cecidit, sed major Romanis quàm pro numero jactura fuit, quia equestris ordinis aliquot, et tribuni militum quinque, et præfecti sociorum tres sunt interfecti. Secundùm eam pugnam Annibal in Ligures, Sempronius Lucam concessit. Venienti in Ligures Annibali per insidias intercepti duo quæstores romani, C. Fulvius et L. Lucretius, cum duobus tribunis militum et quinque equestris ordinis senatorum ferme liberis, quò magis ratam fore cum his pacem societatemque crederet, traduntur.

XXV. Dum hæc in Italiâ geruntur, Cn. Scipio in Hispaniam cum classe et exercitu missus, cum, ab ostio Rhodani profectus, Pyrenæosque montes circumvectus, Emporiis appulisset classem, exposito ibi exercitu, orsus a Lacetanis, omnem oram usque ad Iberum flumen, partim renovandis societibus, partim novis instituendis, romanæ ditionis fecit. Inde conciliatâ clementiæ famâ, non ad maritimos modò populos,

Laxatamque, y que habia aflojado la pelea. *Si extendi*, si el día hubiera permitido alargarla mas. *Itaque*, y así mas pudo llamarse arremetida que batalla sangrienta. *Sed major*, pero la pérdida de los Romanos fué mayor en la calidad de los sugetos que en el número. *Intercepti*, cogidos por los emboscados. *Annibali venienti... traduntur*, son entregados á Anibal cuando iba al Genovesado. *Et quinque*, y cinco hijos de senadores, que ya se reputaban por caballeros. *Quò magis*, para darle mayores pruebas de que la paz y alianza asentada con ellos sería firme.

XXV. *Circumvectus*, habiendo costeadó los Pirineos, y saltado en tierra con su armada en Ampurias. *Exposito*, desembarcado allí el ejército, y comenzando por los Lacetanos. *Omnem oram*, agregó al imperio romano toda la costa. *Inde*, despues habiéndose ganado fama de piadoso...

Lucam, ciudad de la Etruria. Lacetanis, pueblos en la comarca de Aragon y Cataluña.

sed in mediterraneis quoque ac montanis, ad ferocios jam gentes valuit: nex pax modò apud eos, sed societas etiam armorum parata est, validæque aliquot auxiliorum cohortes ex his conscriptæ sunt. Hanno, non inscius, in Iberi provinciâ erat. Eum reliquerat Annibal ad regionis ejus præsidium. Itaque, prius quàm alienarentur omnia, obviam eundum ratus, castris in conspectu hostium positis, in aciem eduxit. Nec Romano differendum certamen visum: quippe qui sciret cum Hannone et Asdrubale sibi dimicandum esse, malletque adversus singulos separatim quàm adversus duos simul rem gerere. Nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex milia hostium cæsa, duo capta cum præsidio castrorum: nam et castra expugnata sunt, atque ipse dux militum cum aliquot principibus capitur, et Scissis, propinquum castris oppidum, expugnatur: ceterum præda oppidi parvi pretii rerum fuit, supellex barbarica ac vilium mancipiorum. Castra militem ditavere, non ejus modò exercitûs qui victus erat, sed et ejus qui cum Annibale in Italiâ militabat: omnibus ferè caris rebus, ne gravia impedimenta ferentibus essent, citra Pyrenæum relictis. Priusquam certa hujus cladis fama accideret, transgressus Iberum Asdrubal cum octo millibus peditum, mille equitum, tanquam ad primum adventum Romanorum occursurus, postquam perditas res amissaque castra accepit, iter ad mare convertit. Haud procul Tarracone classicos mili-

Mediterraneis, en los pueblos de lo interior. *Valuit*, extendió su poder hasta los pueblos mas bárbaros. *Societas armorum*, sino que las hizo aliadas para la guerra. *Hanno*, Hanon, que no ignoraba esto, tenia el mando cerca del Ebro. *Priusquam*, antes de perderlo todo. *Nec*, ni aquella batalla fué de mucha cuenta. *Quippe qui*, como quien sabia. *Castra*, porque no solo le tomó el campamento. *Supellex*, los muebles eran como de gente bárbara y de viles esclavos. *Castra*, enriquecieron los soldados con la presa de los reales, que no solo eran los bienes del ejército vencido. *Priusquam*, antes de tener Asdrubal noticia cierta de esta pérdida...

Scissis. No se encuentra semejante nombre en la geografía antigua ni moderna, como tampoco *Stissum* ó *Scissum*, como quieren

otros, ni *Cissam*, como la llama Polibio. Por ventura estará corrompida la palabra en lugar de *Setelsis*, y de este modo parece ser Guisona.

tes navalesque socios, vagos palantesque per agros (quod ferme fit ut secundæ res negligentiam creent), equite passim dimisso, cum magnâ cæde, majore fugâ ad naves compellit, nec diutius circa ea loca morari ausus, ne a Scipione opprimeretur, trans Iberum sese recepit. Et Scipio, raptim ad famam novorum hostium agmine accito, cum in paucos prefectos navium animadvertisset, præsidio Tarracone modico relicto, Emporias cum classe rediit. Vixdum digressus eò, Asdrubal aderat, et Ilergetum populo, qui obsides Scipioni dederat, ad defectionem impulso, cum eorum ipsorum juventute agros fidelium Romanis sociorum vastat. Excito deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum rursus cedit agro. Scipio, relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infesto exercitu invasisset, compulsis omnibus, Athanagiam urbem, quæ caput ejus populi erat, circumsevit: intraque dies paucos, pluribus quam ante obsidibus imperatis, Ilergetes pecuniâ etiam mulctatos in jus ditionemque recepit. Inde in Ausetanos prope Iberum, socios et ipsos Pænorum, procedit: atque, urbe eorum obsessâ, Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul jam urbe, cum intrare vellent, excepit insidiis. Cæsa ad duodecim millia; exuti pæne omnes armis, demum passim palantes per agros diffugere: nec obsessos alia ulla res, quam iniqua oppugnantibus hiems, tutabatur. Tringinta dies obsidio fuit, per quos rarò unquam nix minus quatuor pedes alta jacuit, adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat, ut ea sola, ignibus aliquoties coniectis ab hoste,

Vagos palantesque, derramados y esparcidos. *Quod ferme*, como comunmente acaece engendrar descuido las prosperidades. *Dimisso*, habiendo destacado por varias partes la caballería. *Raptim*, moviendo prontamente su ejército á la fama de los enemigos. *Animadvertisset*, habiendo castigado. *Excito*, habiendo salido Escipion de los cuarteles de invierno, se retiró del campo que está de esta parte del Ebro. *Intraque*, y habiéndolos mandado presentar en el término de pocos dias mas rehenes que antes. *In jus*, los admitió bajo su dominio è imperio. *Exuti*, casi todos despojados de las armas. *Quam iniqua*, que la estacion del invierno, contraria para el bloqueo. *Pluteos*, los cobertizos y manteletes. *Ut ea*, que ella sola los defendió de los fuegos que arrojaron algunas veces los enemigos...

Ilergetum, pueblos del territorio de Lérida.

Athanagiam, pueblo junto á Lé-

rida.

Ausetanos, hoy obispado de Vique y Gerona.

etiam tutamentum fuerit. Postremò, cum Amusitus princeps eorum ad Asdrubalem profugisset, viginti argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hiberna reditum est.

XXVI. Romæ autem, et circa urbem, multa eâ hieme prodigia facta: aut (quod evenire solet motis semel in religionem animis) multa nuntiata et temerè credita sunt: in quibus ingenium infantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse: et foro boario bovem in tertiam contignationem suâ sponte ascendisse, atque inde, tumultu habitatorum territum, sese dejecisse; et navium speciem de cælo affulsisse; et ædem Spei, quæ est in foro olitorio, fulmine ictam; et Lanuvii hastam se commovisse, et corvum in ædem Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedissee; et in agro Amiternino multis locis hominum species procul candidâ veste visos, nec tamen cum ullo congressos; et in Piceno lapidibus pluisse; et in Cære sortes extenuatas; et in Galliâ lupum vigili gladium e vaginâ raptum abstulisse. Ob cetera prodigia libros adire decemviri jussi; quod autem lapidibus pluisset in Piceno, novemdiale sacrum edictum, et subinde aliis procurandis prope tota civitas operata fuit. Jam primùm omnium urbs lustrata est, hostiæque majores, quibus edictum est, diis cæsæ; et donum ex auri pondo quadraginta Lanuvium Junoni portatum

Pacti, habiendo capitulado pagar.

XXVI. *Quod evenire*, como acaece cuando los ánimos llegan á estar movidos de temor religioso. *In quibus*, uno de los cuales era que un niño noble, que aun no sabia hablar, pidió á voces el triunfo en la plaza de las hortalizas; y que en la de los bueyes, uno de ellos de su misma naturaleza subió hasta el piso tercero de una casa, y que espantado con el ruido de los habitantes se arrojó desde allí. *Piceno*, y que en la Marca de Ancona llovieron piedras. *Adire*, registrar los libros de las Sibilas. *Novemdiale*, se intimó sacrificio por nueve dias. *Et subinde*, y para expiar los otros contribuyó casi toda la ciudad. *Jam primùm*, y ante todas cosas se purificó con rogativas la ciudad. *Hostiæque*, y ofreciéronse victimas de animales grandes á los dioses que nombraron los decemviro...

Pulvinario, en su mismo estrado. Como si dijéramos ahora las andas de alguna efigie: alude á la costumbre de poner en los templos varios lechos o estrados, y á los dioses so-

bre ellos, cuando les hacían rogativas. Esto se llamaba *lectisternium*. *Amiternino*, territorio de San Victorino.

est, et signum æneum matronæ Junoni in Aventino dedicaverunt; et lectisternium Cære, ubi sortes extenuatæ erant, imperatum; et supplicatio Fortunæ in Algido: Romæ quoque et lectisternium Juventati, et supplicatio ad ædem Herculis; nominatim deinde universo populo circa omnia pulvinaria indicta; et Genio majores hostiæ cæsæ quinque; et C. Atilius Serranus prætor vota suscipere jussus, si in decem annos resp. eodem stetit statu. Hæc procurata vota que ex libris Sibyllinis, magnâ ex parte levaverant animos religione.

XXVII. Consulium designatorum alter Flaminius, cui eæ legiones, quæ Placentiæ hibernabant, sorte evenerant, edictum et litteras ad consulem misit, ut is exercitus idibus Martiis Arimini adesset in castris. Huic in provinciâ consulatum inire consilium erat, memori veterum certaminum cum patribus, quæ tribunus plebis et quæ postea consul, prius de consulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat, invisus etiam senatui ob novam legem, quam inique Q. Claudius, tribunus plebis, adversus senatum, uno patrum adjuvante C. Flamini, tulerat, ne quis senator, cuive senatorius pater fuisset, maritimam navem quæ plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vectandos:

Cære, y que en Cervetere se intimaron rogativas. (Véase arriba la nota *Pulvinario*.) *Et supplicatio*, y asimismo se hicieron rogativas en Algido á la diosa Fortuna. *Juventati*, diosa protectora de la juventud. *Nominatim*, y se intimó á todo el pueblo una rogativa general á todos los dioses. *Genio*, dios Genio (protector de la naturaleza de cada uno). *Religione*, del miedo.

XXVII. *Arimini*, Rimini (ciudad de la Umbria). *Huic*, tenia este resuelto dar principio á su consulado en su gobierno (esto es, en el ejército). *Qui abrogabatur*, que le querian quitar. *Uno patrum*, siendo C. Flamini el único de los senadores que le favorecía. *Id satis*, pues esto bastaba para conducir los frutos de los campos. (Estos frutos los conducian en barcos por el Tiber.)

Cære, y que en Cervetere se disminuyeron las suertes. Cuando las cosas aparecian mas corpulentas de los que es su naturaleza lo tomaban por buen agüero, y lo contrario por

infausto.

Quæstus, este era el fin de la ley de Claudio, impedir á los senadores el comercio como cosa indecorosa.

quæstus omnis patribus indecorus visus est. Res, per summam contentionem acta, invidiam apud nobilitatem suasori legis Flamini, favorem apud plebem, alterumque inde consulatum peperit. Ob hæc ratus auspiciis ementiendis, latinarumque feriarum morâ, et consularibus aliis impedimentis retenturos se in urbe, simulato itinere privatus, clam in provinciam abiit. Ea res ubi palâm facta est, novam insuper iram infestis jam ante patribus movit. « Non cum senatu modò, sed cum diis immortalibus C. Flamini bellum gerere. Consulem ante inauspicato factum, revocantibus ex ipsâ acie diis atque hominibus non paruisse: et nunc concientiâ spretorum et Capitolium et solemnem votorum nuncupationem fugisse; ne die initi magistratûs Jovis Opt. Max. templum adiret; ne senatum invisus ipse, et sibi uni invisum, videret consuleretque; ne Latinas indiceret, Jovique Latiali solemne sacrum in monte Albano faceret; ne auspicatò profectus in Capitolium ad vota nuncupanda paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret; lixæ modo sine insignibus, sine lictoribus, profectum clam, furtim, haud aliter quàm si exsili causa solum vertisset; magis pro majestate videlicet imperii Arimini quàm Romæ magistra-

Res per, habiendo sobre el caso muchísimos debates. *Ob hæc*, sospechando por esto que fingiendo agüeros que no habia, pretextando las fiestas latinas y otras ceremonias consulares, le detendria en Roma. *Privatus*, en traje de particular fué á mandar el ejército. *Inauspicato*, sin los auspicios ó ceremonias correspondientes. *Spretorum*, estimulado de la conciencia por haber despreciado á los dioses, habia huido del Capitolio. y rehusado hacer los votos solemnes; el ir al templo de Júpiter óptimo en el dia que comenzó su empleo; el ver y consultar al senado, lo que era señal que le aborrecia y era aborrecido de él, etc. *Latinas*, intimar las ferias latinas. *Ne auspicato*, y no ir con vestidura de general y con lictores á su gobierno, habiendo cumplido antes con los agüeros y votos solemnes en el Capitolio. *Lixæ modo*, sino que salió de Roma como un vivandero de ejército, sin insignias, etc., como si fuera desterrado. *Videlicet*, pareciendo conciliar mayor autoridad á su mando si comenzaba su consulado en Rimini que en Roma, y si se vistiese la pretexta hospedado en un meson antes que en su patria...

Latinarum, los cónsules en las ferias latinas debian sacrificar en el monte Albano, juntamente con los

aliados latinos, á Júpiter Lacial ó protector del Lacio.

tum initutum, et in deversorio hospitali quàm apud penates suos pretextam sumpturum. » Revocandum universi retrahendumque censuerunt; et cogendum omnibus prius præsentem in deos hominesque fungi officiis, quàm ad exercitum et in provinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius et M. Antistius profecti, nihilo magis eum movère, quàm priori consulatu litteræ moverant a senatu missæ. Paucos post dies magistratum iniiit, immolantique ei vitulus jam ictus e manibus sacrificantium sese cum proripisset, multos circumstantes cruore respersit. Fuga procul etiam major apud ignaros, quid trepidaretur, et concursatio fuit. Id a plerisque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus a Sempronio prioris anni consule, duabus a C. Atilio prætore acceptis, in Etruriam jam per Apennini tramites exercitus duci est ceptus.

Revocandum, que se le debia llamar y hacer venir. *Fungi*, á cumplir con lo que debia á los hombres, etc. *Iniiit*, dió principio á, etc. *Immolantique*, y habiéndose escapado, cuando sacrificaba, un becerro ya herido de las manos de los que le ofrecian. *Fuga... procul... et concursatio*, mayor fué la huida y atropellamiento de los que estando apartados ignoraban la causa de aquel miedo.

LIBER II.

I. Jam ver appetebat, cum Annibal ex hibernis movit, et nequidquam ante conatus transcendere Apenninum intolerandis frigoribus, et cum ingenti periculo moratus ac metu. Galli, quos prædæ populationumque conciverat spes, postquam pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque; suas terras sedem belli esse, premique utriusque partis exercituum hibernis viderunt, verterunt retro ad Annibalem ab Romanis odia: petitusque sæpe principum insidiis, ipsorum inter se fraude, eadem levitate quâ consenserant, consensum indicantium servatus erat: et mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis munierat. Ceterum, hic quoque ei timor causa fuit maturius movendi ex hibernis.

II. Per idem tempus Cn. Servilius consul Romæ idibus Martiis magistratum iniiit. Ibi cum de rep. retulisset, redintegrata in C. Flaminium invidia est. « Duos se consules creasse; unum habere; quod enim illi justum imperium, quod auspicium esse? Magistratus id a domo, publicis privatisque penatibus, latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, secum ferre: nec privatum auspicia sequi; nec sine auspiciis profectum, in externo ea solo nova

I. *Jam ver*, ya asomaba la primavera cuando Anibal salió de los cuarteles de invierno. *Sedem*, que sus tierras eran el teatro de la guerra. *Verterunt*, el odio que á los Romanos tenian lo mudaron contra Anibal, á quien muchas veces armaron celadas los principales; pero haciéndose traicion los unos á los otros, la misma inconstancia con que se conspiraron descubrió el secreto y convenio. *Errore*, por el engaño que los Galos padecieron se libró Anibal.

II. *Duos*, decian que habian nombrado dos cónsules, y no tenian mas que uno; porque ¿qué justo mando tenia Flaminio, ó con qué buenos agüeros le habia tomado? *Magistratus*, pues los magistrados llevaban consigo todo esto cuando salian de la patria, despues de consultados los dioses en público y en particular, etc. *Nec privatum*, que ni los auspicios siguen á uno que marchó como particular, ni habiendo salido con mal agüero los podia hacer de nuevo en país extraño...